



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum
Libri quinque**

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

23 Modus vesperi incumbendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](#)

Angelus Domini nunciauit Mariæ, & cōcepit de spiritu sancto. Aue Maria.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Aue Maria.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Aue Maria.

Quidam etiam hos versus ad pulsum meridianum recitant, nec in cōmodè. Nā licet fortasse neq. mane, neq. meridie incarnatus sit Dñs, sed vespere: mane aut surrexit à mortuis, & passus sit meridie: hoc tamen triplici pulsu salutatur Virgo Maria, ob triplicia mysteria, quibus illa à sibi deuotis solet honorari: nempe, gaudiorum, quæ eoperunt in Christi incarnatione: dolorum, qui summi fuerunt in Dominica passione: gloriosa, quæ initium habuerunt in Christi resurrectione.

CAPVT XXII.

MODVS VESPERI INCVM-

BENDI.

SI C V T nocturna quies corporis valetudini vel prodest, vel officit; ita ad diurnam animi cōpositionem magni refert, quomodo vesperi incumbens, nocte quiescēs, mane euigilans, atque ex lecto consurgens te habeas. Et quia maturina animi collectio, ferè ex vespertino tempore pendere solet; ideo de isto priori loco dicetur.

Primum igitur ad hominis vitā rectè formandam vehemēter iuuat, ut quoad ciūs fieri potest, certum sit tempus & constans vespero

G incunab.

incumbendi, & item mane surgēdi: interquæ
duo tempora nō multò amplius, quam sex vel
septem horæ intercedant.

Antequam autem incubatur, repetenda est
per examen cōscientiæ, ab anima ratio trans-
actæ tñrei, ne fortè nos ex hac vita Deus nocte
euocans, imparatos inueniat. Examen autem
his quinque punctis comprehendendi solet.

1 Agantur Deo gratię pro omnibus benefi-
ciis, perissimū verò eodem illo die acceptis.

2 Petatur à Deo gratia, pro vera cognitio-
ne & detestatione peccatorum, transacto iam
die commissorum.

3 Exigatur à conscientia ratio de admissis
præsenti die peccatis, totius diei horas singu-
las, à mane in vesperam, percurrendo.

4 Humiliter petatur à Deo venia admissio-
rum peccatorum.

5 Seriò proponatur in posterum, cum Dei
gratia, vitæ emēdatio, & maximè in illis pec-
catis, in quæ sèpius aut grauiùs eo die lapsus
fuerit. In fine addatur, *Pater noster. & Ave, O.*
Confitor Deo omnipotenti. Salve Regina; & oratio
Dominica, ad Angelum custodem, aliæque
preces, pro cuiusque deuotione.

Oratione absoluta, seruādus est animus col-
lectus pia meditatione & oratione. Ideoq. vi-
tandæ sunt fabulæ, cogitationes externæ, tra-
ctationes negotiorum, & quicquid coniun-
ctionem cum Deo impedire solet.

Cubāti deniq. orandus est Christus Domi-
nus noster, ut lecto & dormiēti ea nocte adel-
se di-

se dignetur, cum Matre sua sanctissima, Angelo custode, Sanctisq. patronis, ad quos tanquā præsentes, mens etiā & oratio conuertēda es-
set, ac in tali sancta cogitatione obdormiēdū.

CAPVT XXIIII.

MODVS MANE SVRGENDI.

VI primūm expurgiscimur vel nocte vel mane, cauendum summo perè est, ne primitias cogitationum alijs præter Deum habeat. Solet enim diabolus primis diei cogitationibus vehemēter insidiari: quod sciat, ab illis ferè reliquam diei cōstitutionem in homine pendere. Nam qualis quisque mane est, talis est frequenter reliquo die.

Prima igitur cogitatio nocturna vel matutina, sit gratiarum actionis ad Deum, B. Virginem, Angelum custodem, ceterosq. Sanctos patronos tuos, quorum te curæ & fidei ea no-
cte commisisti: quod te conseruarint, tibi ad-
fuerint, dæmonem fugauerint: orenturq. hu-
militer, ut toto die nō te deserāt, sed in actio-
nibus omnibus iuuent. Si tēpus surgendi nec-
dum aduenerit, occupetur mens cogitatione
sancta, aut oratione. Cauetur autem, ne ex-
ternæ cogitationes irrepāt, maximē verò tur-
pes, aut de negociis, aut occupationibus futu-
ris, quantumuis sub specie magnæ utilitatis
sese insinuent aut ingerant.

Hora surgendi ilicò surgatur, factoq. signo
crucis, orationes aliquæ pię recitentur, quibus
animus ab euagationibus, dum corpus vesti-

G 2 tuz